



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

15. Excommunicatio hominum Balduini Comitis Flandriae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

Dei, quam læserunt, per emendationem  
& condignam pœnitentiam satisfecerint.

*Excommunicatio brevis.*

Canonica instituta & sanctorum patrum  
exempla sequentes, Ecclesiarum Dei vio-

latores illos auctoritate Dei & judicio san-  
cti Spiritus à gremio sanctæ matris Eccle-  
siae & consortio totius Christianitatis eli-  
minamus, quoique resipiscant & Eccle-  
sia Dei satisfaciant.

*Excommunicatio hominum Balduni Comitis Flandrie propter  
occisionem Fulconis Archiepiscopi Remensis ab illis  
perpetratam.*

XV. **A**nno nongentesimo domini-  
nae incarnationis, pridie No-  
nas Iulij, primo scilicet die quando ordi-  
natus est Heriveus in archiepiscopatu Re-  
menisi Episcopus, lecta est excommunica-  
tio hæc quæ sequitur in Ecclesia sanctæ  
Mariae Remis, præsentibus Episcopis in-  
frascriptis.

Heriveus nomine non merito Remo-  
rum Archiepiscopus ac plebis Dei famu-  
lus, Wido Rotomagenium Archiepisco-  
pus Riculfus Suesfum Episcopus, Hei-  
dolo Noviomagenium Episcopus, Dodilo Cameracenum Episcopus, Herinandus Morinenium Episcopus, Otgarius Ambianensem Episcopus, Honoratus Belvacensem Episcopus, Mancio Cata-  
launensem Episcopus, Rodulfus Laudeni-  
sum Episcopus, Otfridus Silvaneensem  
Episcopus, Angelrannus Melden-  
sum Episcopus. Notum sit omnibus ubi-  
que sanctæ Dei Ecclesiarum fidelibus tam  
Clericis quam laicis quod nos & commissa-  
nobis omnis Ecclesia nimia perturbatur  
tristitia pro inaudita re post perlectionem  
temporis Apostolorum eorumque succe-  
fforum, de occisione nimirum patris & pa-  
storis nostri Folconis ab impiis impie  
pertrata, qui pro regni utilitate & totius  
sanctæ Ecclesie statu pro viribus die no-  
tisque defudans, ac seipsum in defensione  
omnium Ecclesiarum in hoc regno confi-  
stantium murum protectionis opponens,  
(Res enim earum à Balduno Comite filio  
Balduini ac Judith contra omnem legem  
& divinam & humanam pervadebantur)  
ideo ab ipsis Balduni hominibus Wine-  
maro, Euverardo, & Ratfrido, ceterisque  
eorum complicibus interfectus crudelissi-  
mè occupuit. De ejus morte totius Eccle-  
siae ordo atque profilio merito contrastat-  
ur, & lamenta compassionis ex intimis  
cordium suspiris emitit. Quia igitur tale  
scelus nostris temporibus perpetrare non  
timuerunt quod antea, nisi forte à pag-  
nis, in Ecclesia non auditum, quia non

est actum, in nomine Domini & in virtute  
sancti Spiritus necnon auctoritate Epis-  
copis per beatum Petrum principem Apo-  
stolorum divinitus conlata, ipsos à sanctæ  
matris Ecclesie gremio segregamus ac  
perpetua maledictionis anathemate con-  
demnamus; ut eorum aliquando per ho-  
minem non fiat recuperatio, nec ulla in-  
ter Christianos converratio. Sintque ma-  
ledicti in civitate, maledicti in agro. Ma-  
ledictum horreum eorum, & maledictæ  
reliquæ eorum. Maledictus fructus ventris  
eorum, & fructus terra illorum. Armen-  
ta boum suorum, & greges ovium sua-  
rum. Maledicti sint ingredientes & egre-  
dientes. Sintque in domo maledicti, in  
agro profugi. Intestina in fecesum fun-  
dant, sicut perfidus & infelix Arrius.  
Venantque super illos omnes illæ maledictio-  
nes quas Dominus per Moyen in popu-  
lum divinæ legis prævaricatorum se esse  
misserum intentavit. Sintque anathema  
maranatha, & pereant in secundo adven-  
tu Domini. Insuper quicquid maledictio-  
nis sacri canones & apostolicorum viro-  
rum decreta decernunt super homicidis &  
sacrilegis. Nam illos sacrificiorum nomine  
notamus qui in hunc Christum Domini  
manum mittere ausi sunt. Omne super il-  
los ac perpetuum interitum per justissi-  
mam divinæ animadversionis sententiam  
congeratur. Nullus ergo eis Christianus  
vel ave dicat. Nullus Presbyter Missas ali-  
quando celebrare, nec, si infirmati fue-  
rint, confessiones eorum recipere, vel fa-  
crofanetam communionem eis, nisi resi-  
puerint, etiam in ipso fine vitæ suæ præfi-  
mat unquam dare; sed sepultura, asini se-  
peliantur, & in sterquilinium super faciem  
terra sint; ut sint in exemplum opprobrij  
& maledictionis præsentibus generationi-  
bus & futuris. Et sicut hæ lucerna de no-  
stris projectæ manibus hodie extinguen-  
tur, sic eorum lucerna in æternum extin-  
guatur.